

v° 22

# BVLLA Sanctiss. D.N. IVLII III. Pont. Max.

De Anno Iubilei plenariae uidelicet remissionis, & gaudi,

ac gratiae & reconciliationis humani ge-

neris nostro piissimo redemptori,

qui praesenti anno. M. D. L.

a primis vesperis vigiliae

Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi incipere, & ut sequitur, finis

re debet, cum quarucunq; aliarum pleniarum Indulgentiarum

extra urbem suspensione.



Cum Privilegio summi Pont.



IULIUS EPISCOPVS SERVVS SERVO-  
rum Dei ad perpetuam rei memoriam.



I Pastores ouium pro gregis sui custodia diu noctuq; ad sole, & gelu uigilant, ne qua exēs aut errādo pereat, aut ferinis laniata mortibus deficiat, quanta cura nos qui pastores animarū permissione diuina facti sumus circumspicere oportet ut susceptum pastorale officium circa custodiam dominicarum quium, ita exerceas mus quod negligentie aut desidie argui nequeamus sed potius uigilem mentis nostræ aciem intendisse dicamur. Ut uniuersorum Christifidelium animarum saluti spiritualium gratiarum donis præsertim in sancto IVBILEI ac gaudijs, & peccatorum remissionis anno salubriter confus leretur ipsiq; Christifideles æterna beatitudinis præmia diuini fauoris suffragante præsidio consequerentur. Duidum si quidem cum fida relatio antiquorum haberet q; accendentibus ad honorandam Principis apostolorum de vrbe basilicam magne concessæ fuerant remissions, & indulgentiae peccatorum felicis recordationis, Bonifacius Papa. VIII. prædecessor noster summo studio salutem appetens fidelium, & attenta consideratione recensens quod per beatissimos christianæ fidei principes Petrum, & Paulum, & sacro sancta Romana & uniuersalis ecclesia primum suscepérat exordium, & euangelium Christi, Romæ primum resplendere cooperat ut ipsi apostolorū principes gregis Dominici pastores, et eius de ecclesiæ columnæ firmissime speciali ueneratione, & honorificentia haberentur ipseq; prædecessor fidelibus ipsis incoparabili salutis thesaurum aperiret de fratrum suorum consilio, uoluit atq; dicens quod omnes qui anno à Natiuitate Domini millesimo trecentesimo, & quolibet anno centesimo ex tunc secuturo ad ipsorum apostolorum ba-

silicas de Urbe reuerenter accederent ipsasq; si Romani ad minus tris  
ginta, si uero Peregrini aut alias externi forent quindecim continua uel  
inter pollatis diebus saltē semel in die uere penitentes, et confessi per-  
sonaliter visitarent suorum omnium peccatorum remissionem, & venia  
plenissimam obtinerent. Et deinde similis rec. Clemens. V I . ex præ-  
missis, & non nullis alijs animū suū mouentibus causis Indulgentiā  
antedictam ad annum Quinquagesimum prouida consideratione redu-  
cens auctoritate apostolica statuit, vt omnes Christifideles qui prædictas  
basilicas, & Lateranēn. ecclesiam de Quinquaginta annis in Quinqua-  
ginta annos, certo modo tunc expresso deuote visitarent eandem peccato-  
rum suorum veniam consequerentur. Ac successiue pie mem. Grego-  
rius. X. cupiens vt ecclesia beate Marie maioris de urbe cum eiusdem ba-  
silicis, ac Lateranēn. ecclesia priuilegio indulgentiæ huiusmodi decorare  
tur ex certa scientia voluit & statuit ac auctoritate prædicta ordinavit  
quod quicunq; Christi fideles indulgentiam prædictam assequi cuperet  
eandem ecclesiam beatæ Marie maioris sicuti basilicas et Lateranēn. ec-  
clesiam supradictas visitare deberent, & tenerentur. Et postmodum  
Urbanus. VI . in sua obedientia nuncupatus prouide considerans quod  
etas hominum plus solito in dies labebatur pauciores, & cupiens quam  
plurimos eiusdem indulgentie participes fieri cum ad annum Quinqua-  
gesimum propter breuitatem vite plurimi non peruenirent vt populo rū  
augeretur deuotio splendorer fides & charitas amplius inualesceret et  
ex alijs non minoribus causis de fratribus, uorum consilio annum Quin-  
quagesimum supradictum ad trigesimum tertium reduxit & statuit q  
yniuersi fideles uere penitentes & confessi qui in anno à nativitate eius  
dem domini Millesimo tricentesimo nonagesimo & deinceps perpetuis  
temporibus de triginta tribus annis in triginta tres annos basilicas, &  
Lateranēn. ac sanctæ Mariæ maioris ecclesias huiusmodi causa deuotio  
nis modo premisso visitarent eandem consequerentur remissionem & ve-

niam peccatorum. Et subsequenter postquam similis memorie Marti-  
nus V. reductionem Urbani huiusmodi ratam, & gratam habens ip-  
sam in sua firmitate persistere & anno trigesimo tertio supradicto ob-  
seruari debere censuerat, & ad effectum deduci anno ingruente predi-  
cto permiserauit recolende memorie Nicolaus, V. eorundem predecesso-  
rum vestigis inherendo literas Clementis predecessoris huiusmodi de  
fratrum suorum consilio, & apostolice potestatis plenitudine innouauit  
& approbauit suiq; scripti patrocinio communiuuit indicxitq; statuit de  
creuit, & ordinauit ut omnes Christi fideles uere penitentes & confes-  
si qui iuxta formam in literis Clementis predecessoris huiusmodi com-  
pribesam in anno à nativitate prædicta Millesimo quadringentesimo quin-  
quagesimo tunc futuro basilicas, et ecclesiastis antedictas visitaret ut praes-  
fertur omnium peccatorum suorum plenissimam indulgentiam consegue-  
rentur. Et deinde paris memorie Paulus. II. attendens humane condi-  
tionis fragilem statum ad peccandum procluem, & ad declinationem vea-  
locem ac peccatis hominum exigentibus crebras pestilentias frequentes  
morbos ac grauiissimas Turcharum, & aliorum infidelium aduersus fi-  
deles persecutiones ac plures, & diuersos casus propter quos admodum  
pauci remissionum, & indulgentiarum huiusmodi participes fieri potes-  
rant prouideq; considerans minime nouum nec a ratione alienū esse pro  
qualitate temporum antecessorum prædictorum statuta reduci ad breuior-  
is temporis spatium maxime pro salute animarum fidelium ex premis-  
sis, & quibusdam alijs non minoribus causis ad id animum suum indu-  
centibus annum trigesimū tertium huiusmodi de fratribus suorum consilio &  
ipsius potestatis plenitudine ad annum uigesimū quintū auctoritate, et pos-  
testate præmissis reduxit ordinauitq; ut ex tunc de cætero perpetuis fu-  
turis temporibus annus iubileus plenarie uidelicet remissionis, et gratæ ac  
recōciliationis humani generis nostro p̄yssimo redēptori cū omnibus, &  
singulis indulgētijs, & peccatorū remissionibus supradictis de uiginti

quinq; annis in uigintiquinq; annos, cū gratiarū actione, & mētis iucūz  
ditate ab omnibus Christifidelibus frequentari ac et celebrari deberet ieri  
usq; sexus Christifidelibus qui tūc in anno domini Millesimo quadringē  
tesimo septuagesimo quinto incipiēdo à primis uesperis uigili e Natiuita  
tis prædictis anni Millesimi quadrigētiātēsi septuagesimi quarti, & ut  
supra finiendo. Etdeinceps de uigintiquinq; annis in uigintiquinq; an  
nos basilicas, & ecclesiastis prædictas alias iuxta ordinationē eorūdē præ  
decessorū deuote uisitarēt ut prefertur plenissimā omniū peccatorū suo  
rum ueniā largiēs ac rogās attente uniuersos fideles qui rationē ueritas  
tis attingere poterāt, ut meritorijs operibus peccata sua omni ex parte flu  
derent expiare, ut saltem per hæc media, & largitionē remissionū, et ins  
dulgētiarū huiusmodi quibus Christifideles omnes ueluti data manu ad  
salutem perpetuā inuitarentur necnō sanctorū meritis, & intercessionis  
bus adiuti ad eternā mererentur beatitudinem peruenire. Et successiue  
sanctae memorie Sixtus.iiij. uniuersorum fideliū animarum saluti par  
formiter cōsulere cupiēs literas Pauli prædecessoris huiusmodi cū illarū  
de uerbo ad uerbum insertione per suas literas de simili fratum suorū  
consilio innouauit approbavit, et confirmauit suiq; scripti patrocinio com  
muniuit annumq; Iubilei prædictum à uigilia Natiuitatis prædictæ anni  
Millesimi quadringentesimi septuagesimi quarti quoad plenarias indul  
gentias antedictas ab ipsis fidelibus consequendas incipere, & iuxta liz  
terarum Pauli prædecessoris huiusmodi continentiam, & tenore finire,  
& indulgentias ipsas reuolutis singulis uigintiquinq; annis, uim ac uigo  
rem perpetuos obtinere decreuit ipsasq; indulgentias, & peccatorum re  
missiones ad abundantē cautelam utriusq; sexus fidelibus prædictis iux  
ta literarū Pauli prædecessoris huiusmodi tenorem et de nouo concessit,  
& clargitus fuit. Et subsequenter similis memorie Alexander sextus eo  
rūdē prædecessorum uestigijis inhérendo plenissimam dicti anni Iubilei  
peccatorum remissionē literasq; eorūdem predecessorum suorum desu

per emanatas de fratribus suorum consilio approbavit, & innouauit. Et postremo fœlicis commemorationis Clemens Papa. V I I, Roman. Pontifices et prædecessores nostri literas Pauli, & Sixti ac Alexandri prædecessorum huiusmodi eadem auctoritate de fratribus suorum consilio dicta auctorite apostolica approbavit, & innouauit annumq; Iubilei prædicti, à vigilia Natiuitatis huiusmodi anni tunc currentis Millesimi quinagesimi uigesimi quarti incipere, et iuxta literarum Pauli prædecessoris huiusmodi continentiam, & tenorem finire decreuit, & declarauit, prout in diuersis egrudem prædecessorum super præmissis confessis literis plenius continetur. Cum autem similis commemorationis Paulus Papa. iij. similiter prædecessor noster dum adueniente presenti anno literas Pauli, & Sixti prædecessorum huiusmodi, de fratribus suorum consilio de quorum numero, tunc eramus approbare, & innouare, ac annum Iubilei huiusmodi publicare intendit sicuti domino placuit rebus fuerit humanis exemptus. Nos qui diuina disponente clementia ipsius Pauli. iij. successores facti uices Christi licet immeriti gerimus in terris cupientes cunctos fideles populos nostræ uigilantie creditos, hoc sacro Iubilei anno indulgentias à Roman. Pontificibus prædecessoribus nostris ut præfertur concessas pro suorum expiacione peccatorum promereri, ac sanctiori precibus alijsq; pij. operibus adiutos sarcina peccatorum deposita sanctorum eorudem suffragijs ad indeficientis beatitudinis uisionem fœlicititer peruenire. Et volentes ad id solerter intendere eorundem prædecessorum vestigijs inherentes singulas literas Pauli, & Sixti prædecessorum huiusmodi dicta auctoritate apostolica tenore præsentium approbamus & innouamus ac præsentis scripti patrocinio communimus annūq;. Iubilei prædictum à vigilia Natiuitatis domini nostri Iesu Christi proxime præterita incepisse, & iuxta literarum Pauli. ii. huiusmodi continentiam atq; tenorem finire debere decernimus & declaramus. Et ne propter aliarum indulgentiarum hactenus à nobis seu prædecessoribus

nostris emanatarum concessionem populorum concursus ad basilicas beatorum apostolorum Petri & Pauli qui mortem pro Christi nomine perpeſſi eius conſpectui ſemper aſſiſtunt, & quorum corpora in eisdem basilicis requieſcunt ac Lateranen. & beatae Mariae maioris eccleſias prædictas retardentur aut huius ſanctæ remiſſionis, & gratiæ anni Iubilei celebritas minuatur, & fideles brifti tanti muneris reddantur expertes omnes, & ſingulas indulgentias plenarias etiam ad inſtar Iubilei ac commutandi uota neconon ſuper eis, & male ablatis incertis, & per uſuariam prauitatem, uel alium illicitum modum extortis diſpenſandi, & componendi aut illa ſub certis modo, & forma remittendi, & deputandi confeſſores cum poteſtate abſoluendi, et in caſibus apostolice ſedi reſeruatis facultates confeſſiones, & indulta à nobis, uel eadem ſede ſeu illius auctoritate quibuscumq; ecclieſiis Monatiſterijs hospitalibus pijs locis uniuerſitatibus, et confraternitatibus quibuslibet tam in perpetuum quā a certū tēpū in vita ſeu mortis articulo quouifmodo aut ex quauiſ cauſa quomodolibet confeſſas & confeſſa, & in posterum forſan concedendas & concedenda apostolica auctoritate & tenore prædictis de apostolice poteſtatis plenitudine uſq; ad noſtrum, & eiusdem ſedis beneplacitum ſuſpendimus illasq; durante huiusmodi beneplacito ſuſpenſas eſſe nec interim alicui ſuffragari uolumus indulgentijs tamen basilicarum, & ecclieſiarum dictæ urbis in ſuo plenario robore durataris diſtriictius in hibentes alias quam anni Iubilei huiusmodi indulgentias in locis publicis, uel priuatis prediſcar aut nunciari, ſeu earum prætextu à queſtoſribus aliquid exigi quoquomođo quinnoimo queſtores, & prædicatores quoscuq; per locorum ordinarios à prædicationibus, & queſtoſ huiusmodi faciendis uolumus, & mandamus preſentium auctoritate coherceri ſub cenzuris, et pœniſ ecclieſiaſticis de quibus eis uifum fuerit oportunum. Vt autem preſenteſ litere ad omnium notitiam deduci poſſint, uolumus etiam, & mandamus illas in ualuis basilice principis apollo-

rum, & ecclesiæ Lateranen. huiusmodi affigi ac illarum transumptis  
manu publici Notary inde rogati subscriptis, & sigillo alicutus prælati  
sive alterius persone in dignitate ecclæstica constitute munitis ea pror  
sus indubiam fidem adhiberi que præsentibus adhiberetur, si essent ex  
hibite uel ostense. N V L L I ergo omnino boniūm liceat hanc pagi  
nam nostre approbationis innouationis communionis decreti declaraz  
tionis suspensionis uoluntatis, & mandati infringere, uel ei ausu temea  
rario contrarie. Si quis autem hoc attemptare præsumperit indignatio  
nem omnipotentis Dei ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se  
nouerit incursum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum. Anno  
incarnationis Dominice Millesimo; quingentesimo, quadregesimono  
sesto Kalen. Martij, Pontificatus nostri Anno Primo.

Blo. el. Fulgin.

R . de Sanct. Marſal.

Rome apud Antonium Bladum Impræfforem Cameralem,